

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caro siue corpus k  
cum fonte primo

Magna cura pensare debemus

utrum noster spiritus impetu carnis ducatur,

transitoria eternis preponere,  
ista mundana ad uoluptatem  
non ad necessitatem

querere.

Gregorius ibidem (libro XII. moralium).

←

→

Vnde necesse est ut  
magna semper cura considerare debeamus  
in omne quod agimus quis nos impetus ducat,  
utrum nostra cogitatio per impetum carnis,  
an per impetum spiritus impellatur.

Amare enim terrena,  
temporalia aeternis praeponere,  
exteriora bona  
non ad usum necessarium habere,  
sed ad uoluptatem concupiscere,  
ultionem de inimico quaerere,  
de aemuli casu gaudere, impetus carnis est.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechiel prophetam*, 1.5.2 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.57, ll.24-31).